Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Vtriusque Orbis Imperatorvm Acta Orientis In Sæcvlo V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

Vtriuſque Orbis

IMPERATORVM ACTA ORIENTIS IN SÆCVLO V.

Anno Chriſti nati

49. ARCADIVS à patre *Theodoſio creatur Imp. Orientis: Pietate euitat inſidias Rufini, prius infideles proſcribens, dein vincens Rufinum & Perſas Cruce.* 395

Gainam tyrannum victum necat. 400

S. Chryſoſtomum ab Eudoxia relegatum terræmotu territus reuocat. 403

Eum ſolicitatus ab hoſtibus denuo deportat. 404

Ob eum dire exagitat Catholicos. 406

Ideo excommunicatus à Papa, veniamque petens abſoluitur; Sed Honorius idcirco ei bellum indicit. 407

Aeger Theodoſium filium octennem dicit ſucceſſorem in Oriente; timensque ei ab Honorio, curatorem ei dat Perſam, & moritur. 408

HONORIVS *dicitur Imp. Occidentis.* 395

Confirmat priuilegia Eccleſiaſtica; & decernit cauſas ſæculares ab Epiſcopis decidendas eſſe: infeſtat hæreticos & idololatras pro Catholicis. 397

Stiliconem mittit in Gothos: victoria elatus Gentilium ludos ſæculares probroſe reſtituit: Coercet Donatiſtas. 404

Paganos ſubiugat innumeros: ſuos cum Papæ legatis mittit pro Chryſoſtomo ſed incaſſum. 406

Ideo bellum parans in Arcadium impeditur ab tyrannis en ergentibus: exagitat hæreticos edictis. 407

Cum Perſa icit fœdus 100. *annorum.* 408

Stiliconem coniuratorem necari curat:

Non Catholicos excludit è ſuo exercitu:

Eius filiæ in matrimonio Virgines obeunt. 408

Ab Alarico & Attalo Gothorum regibus, contra eum in Imperium erectis, angitur:

Sed pietate meretur effugere vim eorum. 410

Triumphat de hoſtibus: vrget Donatiſt. 411

Confirmat Immunit. Eccl. & pacem cum Gothis. 415

Attalum ducit in triumphum. 417

Pelagium & Pelagianos proſcribit. 418

Eu-

	Anno Christi nati
Eulalium antipapam pellit, reſtituit Boniſ.	
Moritur.	419
50. THEODOSIVS *Iunior octen-*	423
nis Imper.	408
S. Pulcheriam ſororem adſciſcit Conſortem cum ea feliciter imperat.	416
Parabolanos, ægrorum quorumcunque curatores, eſſe iuſſit ſexcentos: quos edicto coercet.	417
Vincit Perſas, liberat tyrannide Chriſtianos	420
Vindicat in hæreticos.	423
Valentinianum conſobr. creat Imp. Circenſes abrogat, Hoſtes pietate triumphat; Sacerdotes honorat.	425
Conc. Epheſinum Generale indicentem Papam Cæleſtinum adiuuat.	430
Reſcribit pro Immunit. Eccl. Hæreticos exagitat, pellit Epheſo Neſtorium.	431
Neſtorij ſcripta exurit, reducit ab eo ſeductos; Publicat CODICEM.	435
Corpus S. Chryſ. transfert è Cumanis Conſtantinopolim datis ad eum literis.	438
Cogitur pendere tributum annuum Attilæ Hunnorum Regi.	442
Reſcribit pro recipiendo Triſagio.	446
Chryſapio eunucho credens de abdicanda Pulcheria cogitat.	448
Eiusdem ſuaſu imperat latrocinium Epheſi in gratiam Eutychetis hær. Quo & Papam doloſe inuitat; actaque Conciliabuli Eutychiani confirmat.	449
Monitus reſipiſcit, pulſo Chryſapio & Eudocia Auguſta, reſtituitq; Pulcheriam ad Imperium: & exules epiſc. Cathol. Ex equo lapſus fracto collo moritur.	450

VALENTINIANVS III. *Imp. fit, confirmat priuilegia Eccl. exagitat hær.*	425
Concilium cogit in cauſa Sixti PP. calumnioſe de ſtupro accuſati.	433
Scribit Theodoſio pro reſciſſione Actorum Latrocinij Epheſini.	449
Iudiciariam Epiſcoporum poteſtatem magno ſuo & imperij malo imminuit.	452
Adulterio ſe impiat: Aetium necat magiſtrum militiæ	454
Necatur & ipſe à Maximo.	455
51. MARCIANVS *accipit prophetiam de futuro Imperio.*	431
Pulcheria ei nubit, ſalua Virginitate, & imperat: Leonem PP. inuitat ad Conc. celebrandum.	450
A Leone ad reſtaurandam Eccleſiam incitatur; Eius partes in Concil. Chalced.	451
Edicit eius Acta ſeruari contra Eutych.	452
Clarus virtutibus moritur.	457
52. LEO *Thrax creatur Imp. iubetur à B. V. cæcum illuminare, & templum extruere: Imperat acta Chalcedon. ſeruari: Prædeceſſorum priuilegia Eccl. confirmat.*	457
Precibus Dan. Stylitæ filium impetrat ſed dolo ſororis hær. mortuum	461
Eum viſitat incendio vrbis auertendo.	464
Eius in eum reuerentia: Simeonis Stylitæ reliquias transfert.	465
Exercitum contra VVandalos amittit proditione Ducum hæret.	468
Vindicat in eos; edicit Dominicam & feſta ferianda.	469
Moritur.	474

Anno Christi nati

53. ZENO *Iſaurus, in præmium cæſorum proditorum accipit filiam Leonis:* 470

Et eo mortuo Imperium. 474

Fauet hæreticis; Eleemoſynis ſæpius eripitur vindictæ diuinæ. 474

A Baſiliſco tyranno pellitur cum coniuge in Iſauriam; vbi herbis veſci cogitur ex inopia: Dan. Stylites ei prædicit reditum. 476

Reuerſus cum exercitu Baſiliſcum mulctat exilio, miſereque perire cogit, Sanct. Theclæ ponit templum; atque Reſipiſcens pro Papa ſtat contra hæreticos. 477

Relapſus Henoticon. ideſt, Vnitiuum promulgat; autor Acæphalorum hær. 482

Enoticon eius damnatur in Conc. Rom: 483

Præclaros viros enecat. 490

Comitiali morbo iacens ab Ariadna Auguſta raptim ſepelitur viuus,

Nomen eius eraditur è Dyptichis. 491

54. ANASTASIVS *ex Silentiario fit Imperator per Ariadnam, facta Euphemio profeſſione fidei, in vita laudabili mox corruptus fit eo deterior.* 491

Fit Acæphaliſta. 492

Theodoricus Rex Gothorum petit ab eo ſibi regnum Italiæ ſtabiliri; 493

Approbari à PP. tentat Henoticon. 497

Perſequens Roman-Catholicos cogitur à Bulgaris auro pacem emere. 499

Dirè bacchatur in Catholicos; excommunicatur à Papa. 501

Papam calumniatur de hæreſi. 503

Aram contra inſultus Perſarum condit & de reliquijs S. Barth. accipit reuelationem. 507

Prætextu hæreſios perſequitur Catholicos. 510

Acta Concil. Chalcedonenſis exurit. 511

Conſtantinopolitani Catholici ſæpius in eum tumultuantur. 506. 511. 512. 518

In viſione diſcit vitæ ſuæ annos 14. eſſe detractos ob impietatẽ. Et fulmine extinguitur: contra eum citantur Epiſcopi duo, exules pro fide, in iudicium. 518

Eius nomen è Dyptichis eraſum. 519

Imperatores Occidentis.

5. MAIORIANVS *acclamatur Imp.* 457

Dolo Seueri enecatur. 461

6. SEVERVS *inuadit Imperiũ.* 461

Dolo Ricimeri veneno interit. 465

7. ANTHEMIVS *creatur Imperator, Iurat Papæ ſe adiuturum Catholicos.* 467

Ricimero, cui ſororem dederat, necatur. 472

8. OLIBRIVS *à Ricimere fit Imp. obit.* 472

9. GLYCERIVS *creatur Imp. exutus Imperio à Iulio Nepote fit Epiſcopus.* 473

10. IVLIVS *Nepos imperat & interit.* 474

11. AV-

	Anno Christi nati
II. AVGVSTVLVS *contra Iulium euehitur.*	
Inuocans Odoacrem Erulorum ab	475
hoc relegatur in exilium.	476

REGES ITALIÆ.

I. ODOACER *rex Herulorum Arianus in Italiam vocatur.*	475
Oblatum Imperium & purpuram recuſat.	
Multa indulget Catholicis: Volens reſtituere Lupercalia retunditur à Papa.	476
Vincitur à Theodorico Gotho.	489
Icto fœdere, doloſe ab eo occiditur.	493
2. THEODORICVS *Amalus Gothorum Rex iam & Italiæ regnum ſibi à Papa petit ſtabiliri licet Arianus.*	493
Catholicos bene habet	494
Omnium votis expetitus in ſchiſmate intrat Romam.	500
Sedem Apoſtolicam defendit, etſi barbarus	501
Cogit Papam ire legatum ad Imp. pro Arianis.	524
Agentem vero contra eos capit, mori cogit: Electionem Papæ ſibi arrogat: moritur, damnatur.	526

Concilia Oecumenica Sæculi V. conſona Papis.

Duo fuerunt: Epheſinum, contra Neſtorium, *an.* 431. Chalcedonenſe, contra Eutychetem, *an.* 451.

Prouincialia frequentata ſunt plurima.

SS. Patrum, & Doctorum Concordia ſub Papis in Sæculo V.

S. AVGVSTINVS *an.* 377. in Manichæiſmum lapſus matrem affligit: mœſtæ Deus per viſum oſtendit filii conuerſionem. Viſa ſibi ſtare in regula aurea, ac ponè Auguſtinum, *An.* 384. ab S. Ambr. in fide inſtructus, concubinamque deſerens fide illuſtratur. *An.* 385. cõuertitur; *an.* 388. baptizatur. *an.* 389. matre ei moritur. *an.* 390. confutat Iouinianum. *an.* 391. Ordinatur Presbyter inuitus à Valerio: prædicat Presbyter primus; Monachiſmum in Africam infert. *an.* 392. Fauſtum diſputatione confundit. Contra origeniſtas celebrat Hipponenſe Concilium, *an.* 393. Creatur Epiſcopus *an.* 395. Felicem Manichęum diſputatione publica conuertit, *an.* 464. Scribit de legibus pœnalib. contra Donatiſtas ferendis, *an.* 405. Pelagianiſmũ in ortu ſuo confutat, *an.* 411. 415. 418. Libros retractationum ſcribit *an.* 426. Moritur mœrore Hipponenſis euaſtationis Wandalicæ, *an.* 430. ætatis 76. in pœnitentia. Ægrotans ſolo contactu ſanat ægrotum. Eius bibliotheca ſeruatur angelica manu contra Wandalos.

S. MAXIMVS Taurinenſis Epiſc. floruit ſub Honorio & Theodoſio iuniore: eximius in Sermonibus.

VICTOR Vticenſis; *Auſonius Poeta; Syneſius Epiſ. S. Paulin. Nolanus Epiſ. S. Lucian. Presbyter; Paulus Oroſius presbyter Hiſpanus; Sedulius presbyter Scotus;* &c. clauerunt ſub *an.* 410. 420. 430.

S. Cy-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN